

Deo eapropter supplicare, precesque,
lachrymas, & gemitus allegare. Atque
hec eo sensu quenquam intelligere ve-
to, quasi Christianus in hac vita possit
aut debeat perfectam sanctitatem adi-
pisci. Omnes enim, omnes, in quaā, san-
cti carnē & infirmitatem suā sentiunt,
ut patet ex Psalterio & Oratione Do-
minica. Verum sicut summus Deus id-
circo nostram justitiam, per quam ipsi
placemus, fide voluit apprehendi, il-
lamque in penitissimū cordis fundum ^{Vita}
^{Christia-}
^{na in}
^{quo con-}
^{sistat.}
deposit, ne fucata & hypocritica es-
set: ita omnes fruct⁹ fidei & justitiæ ex
cordis fundo oriri oportet, ex quo il-
los etiam Deus aestimat, & ab impostu-
ra & hypocrisi distinguit. Aqua si novā
vitam & bona opera quam longissimè
volum⁹ abesse, nequaquā consequen-
ter Perfectionem inculcamus; Fieri n.
nulla ratione potest, ut in quo Spiritus
S. habitat, in eodem fructus justitiæ &
Spiritus *ad Gal. 5.* enumerati non repe-
riantur, & arbor bona ex fructib⁹ suis
non agnoscatur, utcunq; illi non per-
fecti aut angelici, sed multis imperfe-
ctionibus notabiles existant. Illud ta-
men vero veri⁹ est, hypocrisim & men-
daciū resipere illos nō debere. Equi-
dēm